

V. fol. 140. p. 2. *Incipit Prefacio in libris Anselmi cantuariensis. Episcopi Cur deus homo. Ita: Opus subditum quod propter quosdam qui antequam (perfectum) et exquisitum esset &c. Rogat Anselmus sub finem, ut Transcriptores semper Capitula praelegant utriusque Libri. Paruit Noster. Verum post illa, tanquam Deus ex machina, compareret Prologus Anselmi De incarnatione verbi, et eo absoluto demum inchoat Liber I. Cur Deus Homo hoc tenore: Sepe et studiose à multis rogatus sum &c. Quod quomodo acciderit, non dispicio. Prologus iste legitur Edit. Paris. 1721. p. 41. f. nostrum vero Opus, quod in Codice integrum et fatis sincerum est, p. 74. Ad calcem iterum jacet: Explicet Anno 91. in die Nicomedis.*

VI. fol. 161. p. 2. *De diuinis nominibus.* Disquirat Theologus de vario significato *Deus, Deitas, Divinitas, divina Natura, divina Substantia, divina Essentia, substantia vel natura Patris, substantia uel natura Filii, de Trinitate et Generatione in Diuinis.* Init: *Hoc nomen deus quinque (modis?) accipitur pro tota trinitate ut creavit deus celum et terram &c.*

VII. fol. 163. *Incipit expositio Canonis.* Puta Missae. Lectio, ut videtur, scholastica hujus ingressus: *In nomine domini — In decretis de consecratione distinctione 2<sup>o</sup> art. 2<sup>o</sup>. Alexander 5<sup>us</sup> a petro. Nihil in sacrificiis maius esse potest &c.* De tribus pertractat: 1<sup>o</sup> de causis et dispositionibus ce-

lebracionem missae precedentibus. 2<sup>o</sup> de sollempnitate missae. et de mysterijs in eius celebratione concurrentibus. 3<sup>o</sup> de nominibus huic officio convenientibus. Definit in Historiolam Sacerdotis Parisini, quem Daemon magnum furem dixit, quod post Missam omitteret semper Orationem illam: *Placeat tibi sancta trinitas &c.*

VIII. fol. 179. Συλλογη Sermorum de Festis Domini, B. V. Mariae et variorum Sanctorum, item de ultimis Temporibus, de novo Sacerdote, et de Fidelibus defunctis, nullo certo ordine, neque auctore, nisi, quod fol. 231. p. 2. habetur *Sermo Magistri Thome de Confessione*, et fol. 236. *Sermo magistri haltheri theologie de passione domini.*

## CCCLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 255  
Folior. 113. f. per duas columnas probe exaratus, rubricis distinctus, et, ut in fronte notatur, a M. Nicolao de Dinckelspuchel datus ad Librariam Collegij ducalis Homiliarium est Gregorij M. in Evangelia, praemissa primum ad Secundinum, quem Codex non Episcopum, sed Coepiscopum vocat, Epistola, dein XL. Evangeliorum, in quae totidem habitae sunt Homiliae, Initiis, ad quorum calcem minio: *Gregorij Pape vrbis rome numero XL. expliciunt capitula*, et continuo: *Omellie de diuersis lectionibus ewangelij.* Hae porro decurrunt, ut in edit. Maur. Paris. T. I. 1705. col. 1436. f. nisi

nisi quod inter *Homiliam XX. et XXI.* inserta sit, quam *Mauriani Orationem ad Plebem de Mortalitate* adpellant, et post omnes *Homilias ad col. 1660.* remittunt. Haec in Codice terminatur: *sententia postposita damnacionis parcat*; nec adjunctam habet illam *Litaniarum* dispositionem. Et vero lectio mox adlata praeferenda videtur Maurianae: *a sententia postposita damnationis parcat*, et plures aliae, quae non erant in Editorum Codicibus, occurrunt. Ita v. g. in fine *Hom. XXXI.* non spernendum: *quia tergent citius transeuntes lacrimae maculas, ut ad gaudia mansura peruenire mereantur*, pro: *quia tergent citius transeuntes lacrimas mansura gaudia*; quod Edita habent. Adjecta est in Codice Series quaestionum genealogicarum in Initium Evangelii *Matthaei* inscripta: *Omelia lectionis eiusdem*, et inchoans: *Querendum est quare sic exorsus est evangelium &c.* Verum boni illi Majores ad *Homiliam* fatis esse rebantur, si cuicumque *Traetationi* ad calcem adpenderent: *Qui vivit et regnat &c.* In praesenti excitatur *Beatus Augustinus*.

*Nummus in abbatum cameris retinet dominatum.*

## CCCLXXXVIII.

U. 95 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 110. 4. luculente scriptus, et quibusdam ternionibus rescriptus, raso priore Evangeliorum, ut docent quaedam vestigia, textu, rubricis item distinctus con-

## CCCLXXXVII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3088 XII. Folior. 82. f. min. pulcre perscriptus, rubricis distinctus, et olim *Montis Pomerii Ord. Cisterc.* valles ceterum amantis, praemissis Capitum Titulis ita minio insignitur: *Incipit Liber Pastoralis cure beati Gregorii. pp. Urbis Rome.* Opus extans edit. *Maur. T. II. Paris. 1705. col. 1.* et a me saepius jam relatum in fit: *Pastoralis cure me pondera fugere delitescendo uoluisse &c.* Textus sinceritate non adsequitur Edita, quanquam secundis curis adjutus; imo hae curae non semper felices fuerunt. Ita, ubi c. 2. recte legebatur: *dum, qui pigmentorum uim nesciunt, uideri medici carnis erubescunt*, pejus nunc: *dumque pigmentorum uim nesciunt, uideri medici carnis non erubescunt.* Post Operis clausulam, qui pravus mos non paucos Codices foedavit, calamum quis expertus inter alia *αλογα* hunc versum adscripsit:

tinet S. Gregorii M. *Pastorale* absque divisione in Libros, Capitumve numeris decurrens, multatum vero post *fol. 60.* membrana una, post *fol. 78.* altera, et in fine *Codicis* tertia ita, ut desinat in haec *Partis IV.* verba: *legalis thori conubium deserens corruptori* — —

Ini-